Beiträge zur Kenntniss der Helophoren aus Europa und den angrenzenden Ländern.

Von **A. Kuwert** in Wernsdorf (Ostpreussen).

(Schluss.*)

32. Helophorus confrater n. sp.

Rhopalohelophorus; species, quae ab Atractohelophoro glaciali, specie simillima, non aut vix, nisi colore rubrotestaceo pedum palporumque et articulo ultimo palporum non fusiformi distingui potest; quare descriptio, si vis, perfecta est. Corpore, elytris, capite, prothorace — omnibus nigro-aeneis, nitidis. Prothorace glabro; nisi in lateribus, nec punctato, nec rugoso; sulco medio in medio vix profundiore, vix foveato; sulcis internis in medio fortiter ac subito externe arcuatis; lateribus ante medium fortiter rotundatis, postice ante angulos posteriores parum excisis. Elytris post scutellum haud aut leviter depressis, quare discedit a glaciali valde impresso, punctatostriatis: interstitiis vix convexis. Pedibus rubrotestaceis, quare differt a glaciali et accedit ad nivalem. Palpis rubris; ultimo articulo externe incrassato, cuneato, aculeato, paene fusiformi; penultimo breviter triangulari.

Differt a nivali sp. alternis elytrorum interstitiis non elevatis et sulco medio prothoracis non aut leviter foveato, corpore etiam angustiore. Differt ab obscurioribus individuis obscuri Rey. Muls. prothorace longiore, ante medium dilatiore supraque elatiore ac laeviore. Long. 2·8 *mm.*

Hungaria meridionalis.

Ich erhielt 2 Stücke vor einigen Jahren, wenn ich nicht irre, aus Ungarn, für *glacialis* zugeschickt.

Das Thier dürfte in vielen Sammlungen unerkannt stecken. Wegen seiner grossen Aehnlichkeit mit *glacialis* habe ich dasselbe *confrater* genannt.

---

*) Siehe diesen Jahrg., pag. 92.